

THEATRVM
VERITATIS, ET IVSTITIAE
SIVE
DECISIVI DISCVRSVS

Ad veritatem editi in forensibus controversijs Canonicis, & Civilibus, in quibus, in Urbe Aduocatus, pro una partium scripsit, vel consultus respondit

IO. BAPTISTA DE LVCA
VENVSINVS.

Per materias seu titulos distincti iuxta seriem de qua proxime.

LIBER PRIMVS
DE FEVDIS, ET BONIS IVRISDICTIONALIBVS
ET
BVLLA BARONVM

Cum vnica decisione feudali M. C. Siciliae, et Disceptatione feudali
D. LÆLII BOSCOLI I. C. & Canonici Parmensis,
et cum Appendice post dictam disceptationem.



ROMAE,
Typis Heredum Corbelletti. M. D. C. LXIX.

SUPERIORVM PERMISSV,

S A N C T I S S I M O D. N.
C L E M E N T I X.
P. O. M.

IOANNES BAPTISTA DE LVCA
FELICITATEM.



H E A T R V M V E R I T A T I S & I V S T I T I A E, vt sub tuo nomine in lucem prodeat, publica, priuatauè ratio postulat, **B E A T I S S I M E P A T E R**; Publica namque, dum es visibile Caput Ecclesiæ, cuius præcipuum attributum est, vt **V E R I T A T I S** ac **I V S T I T I A E** sit mater & cultrix; Priuata verò, quoniam vtramque virtutem, non modò sancte constanterque colis, & protegis; verùm, vt alij colant, & custodiant, efficis; Eademque gemina, publica, & priuata ratio, ad has meorum laborum primitias tibi offerendas me compellit; Publica scilicet, quia in vtroque tuo, sacro, & prophano Principatu, omnia practicè didici, & præstisti, adeòque tibi reddo tua; Et priuata, ob benevolentiam, qua me clementissimè complecti semper dignatus es; Præcipuum verò tibi debetur hoc primum operis volumen, **D E F E V D I S, & B V L L A B A R O N V M**, vt commen-
taria legis editæ ab uno **C L E M E N T E**, sub alterius **C L E M E N T I S** nomine, ac patrocinio viuant, Atque, vt pro tuæ benevolentiaæ scudo, hoc tibi præstem homagium; Vale, ac diù Catholicæ Ecclesiæ bono, ac **V E R I T A T I S & I V S T I T I A E** præsidio viue.

DISCURSUS I.

DE FEUDIS

SENOGALLIEN.

CASTRORVM

PRO CAMERA APOSTOLICA,

CVM
MARCHIONE DE RVVERE.

Casus decisus per Tribunal Camerae contra Marchionem.

De facultate subinfeudandi competente de iure, vel ex lege Inuestitur, & an expressa facultas aliquid plus operetur; Quando deuoluto feudo deuoluntur subfeudum; Et quando subinfeudatio dicatur facta in fraudem, & quæ requirantur ad subinfeudationis validitatem. Et aliqua de Bulla Pij V. de non subinfeudando,

S U M M A R I U M .

- 1 *Mii series.*
- 2 *Feudatarius potest subinfeudare, & hic actus non venit sub prohibita feudi alienatione.*
- 3 *Concurrentibus tamen tribus requisitis.*
- 4 *An deuoluto feudo duret subfeudum coegeri ex sola facultate resulant. à Iure.*
- 5 *Quid ubi accedit facultas hominis in Inuestitura praesertim, ubi subinfeudatus est de sanguine, vel familia feudatary.*
- 6 *Et ubi dicta hominis concessio concepta est cum clausula, sine præiudicio.*
- 7 *Concessa licentia feudatario hypothecandi vel obligandi feudum cum clausula, sine præiudicio, An hypotheca duret post deuolutionem.*
- 8 *Clausula sine præiudicio præseruat aliam quam expressa, & adiici solet ad conservandam feudi naturam.*
- 9 *De requisito subinfeudationis, ut fiat persona paris conditionis, quomodo intelligatur.*
- 10 *An facultati subinfeudandi obstat hodie Bulla Pij V. de non infundandis.*
- 11 *Deuoluto feudo subinfeudatus durare dicatur ex noua Domini permissione, & voluntate.*
- 12 *Prohibita infeudatione expressa, dicitar etiam prohibita tacita, & ficta.*
- 13 *Subinfeudatio an importet feudi scissuram, & diuisionem in proprietate, vel po-*

- tius sit species fructus feudi.*
- 14 *Consulentium auctoritas periculosa.*
- 15 *Subinfeudatio fieri non potest per feudarium successore desperatum, & deuolutione imminente.*
- 16 *An Constitutiones Exteruagantes feudorum habent vim legis.*
- 17 *Leges revocatae, antiquatae, vel non auctoritatem attendente, tanquam auctoritates Doctorales.*
- 18 *Fraus ex successorio parentia resultans, an sit presumpta presumptione Iuris tantum contrarijs presumptionibus elidibilis.*
- 19 *Enumerantur plures casus vel effectus, ad quos dicta fraus consideratur.*
- 20 *De differentia inter fraudem consilij, & malum animi cum fraude præiudicij, & re ipsa, & quido bæc sine illa sufficiat.*
- 21 *An prohibitus subinfeudandi in statu desperati successoris esset, ubi accedit expressa Domini facultas.*
- 22 *Quilibet concessio legis vel hominis intellegenda est iuxta Iuris dispositionem, dummodi absit fraus, & rebus in eodem statu permanentibus.*
- 23 *Affensus coegeris super alienatione feudi, quando feudatarius habebat successorem, an pro sit, ubi successor defecit.*
- 24 *Facultas subinfeudandi de iure competens cessat accedente prohibitione alienationis, vel diuisionis.*
- 25 *In variisque Sicilia Regnis prohibita est subinfeudatio.*

CONTROVERSIA FEUDALIS DE LEGITIMA SUCCESSIONE ILLEVSTRISS. D. CO: OCTAVII DE TARASCONIS IN FEVDO CALESTANI OPVS SEX ARTICVLIS DISTINCTVM

In quibus pricipuae feudales questiones circa diuisiōnem Feudi dignitatis, amplissimam primi Acquirentis facultatem, necessarium tvel non Domini Assensum in dispositione feudi, clausulam in Inuestituris apponi solitam iure feudi antiqui. & feudi pretium, methodo non obscura enucleantur.

AVCTORE LAELIO BOSCOLO
DE COLLEGIO IUDICVM PARMAE.

THEMA CONTROVERSIAE.



Omini Comites Carolus Leo, & Abbas Claudio Germani de Flisco origine Itali, natiuitate tamē, ac domicilio Galli, runc Feudatarij insignis Feudi

Calestani optime concij, quod ex diuina eorum absentia, & vulgari cura, ac industria Ministrorum sēpē propriō potius lucro, quam rei familiari Domini deditorum feudales redditus quotidiē minuebantur, ac eiusdem loci dignitas labefactabatur in dies, ruebatque in preceps, cogitarunt, & decreuerunt eiusdem feudi alienationem, ad quem effectum D. Comes Cladius ē Gallicis Oris Parham petiit.

Quamplures emptores obuij fuerūt, at omnes ē contractus limine pellebat una animaduersio, quod agebatur de alienatione feudi ex pacto, & prouidentia iāndit in progenie Flisca antiqui.

Inter illos cum quibus habitus fuerat

fermo de venditione predicta, adfuit Dominus tunc Eques, & aunc boni mem. Comes Camillus Tarasconus, qui participato negotio cum eximio L. C., ac Excellentissimo nūm legali peritia, tñm dignitate Co: Hieronymo Morisco olim meritissimo Praefide Excelsi Confilij Justitiae, & gratiae Parmae, ac Placentiae communi amico, post feriam cogitationem confilium habuit, quod per ipsos Dominos Comites venditores portigerentur preces Serenissimo Duci nostro directo Domino, in quibus exponerent feudum cecidisse in comissum, ac fuisse devolutum ad Serenissimam Dualem Cameram ob inobseruantiam Decreti nuncupati Caprarola, simulque efflagitarent, vt ex gratia speciali filiis de nouo concedere dignaretur ad effectum deueniendi ad prefatam venditionem pro pretio concordando, ea conditione, vt Iura Serenissimae Cameræ transirent in D. Equitem emptorem minimè affecta aliqua hypotheca, nœxi, seu obligatione descendente ex perfidis Dominorum Comitum de Flisco, quo pacto sic prius devolutum, & postmodum de nouo concessum in persona eiusundem Comitum venditorum euaderet.

APPENDIX PLACENTINA SUCCESSIONIS

SE V C A S T R I

P R O

C A R D I N A L I B O N C O M P A G N O

C V M

D V C E L V D O V I C O S F O R T I A.

Responsum in causa pendente in Consilio Placentino.

De eadem materia, de qua supra dis^c. 43., An scilicet & quādō agnatus feudo-
rū successor sit necnē legitimus cōtradic̄tor h̄eredi extraneo feudatarij mo-
rientis in possessorio per ipsum intentato ad bona possessa per defunctum.
Et aliqua circā vltimam inuestituram diuersam à prima; An attendenda sit
necnē, vel potius prima attendi debeat:

S V M M A R I V M .

- 1 **C** Asus controvērsie remissiuē.
- 2 Referuntur tractantes materiam
legitimi contradic̄toris.
- 3 Vbi non adest ratio disparitatis inter de-
functum, et h̄eredem, non intras que-
stio legitimi contradic̄toris.
- 4 De attendendo ultimo statu.
- 5 Vbi quis non est contradic̄tor primo h̄e-
redi, non potest esse talis secundo h̄e-
redi.
- 6 Quando in casu, de quo nu- 2. agnatus
dicatur legitimus contradic̄tor.
- 7 Datur distinc̄tio ubi questio est circa ac-
cidentia, sed certa est qualitas feu-
dalium.
- 8 Secus si ipsa qualitas feudalium negatur, ac
pr̄tenditur bona esse allodialia, quia
tunc agnatus non est contradic̄tor.
- 9 Expenditur Natta cons. 502.
- 10 Vbi exceptio constitit in puncto iuris dici-
tur incontinenti probata.
- 11 An feudum possit erigi in primogenitu-
ram remissiuē.
- 12 Exceptio iuris dubij assimilatur exceptio-
ni facti, ac dicitur alioris indagi-
nis.
- 13 Quod non sit deferendum Consulenti-
bus.

- 14 Assertua Papae probat veritatem.
- 15 Castrum in dubio pr̄sumitur allodiale.
- 16 Copia non probat.
- 17 Error non pr̄sumitur, sed est perfectè
probandus per allegantem.
- 18 Quod Dux Mediolani posederit Placen-
tiam, et Bononiā.
- 19 De gestis per Benedictum XIII. AntiPa-
pam, et Ioannem XXII., quid substi-
neantur.
- 20 Stant simul gesta per aliquem intrusum,
sc̄i illegitimum possessorem substi-
nueri, sed non preualere gestis per
legitimū Dominū.

D I S C . C I V .

OSQVAM typis iam data
1 crant omnia ut supra cō-
tentia in hoc libro, expe-
stante moras amanuen-
sium conficientium indi-
cem materialium, ut pu-
blicaretur, ex parte Cardinalis Bon-
compagni requisitus fui ad scribendum
in eadem causa pendente in Consilio Pla-
centino, super qua pluribus retroactis an-
nis ab eodem consilium in congressu pro-
eius directione petitum fuit, iuxta supe-
rius deducta dis^c. 43. i. Quare pr̄iuppo-
lita